BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 36 - 3 - 21
~~36 - 1 - 14~~

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

C. 36. 3. 21
36 - 1 - 14

THEO-

PHYLACTI ARCHIEPIscopi Bulgariæ In quatuor Euangelia Enarrationes Luculentissimæ, diligenter iam tandē & ad amussim recognitæ, Cum Indice copioso & utili.



PARISIIS

Ex officina Ioannis parui, sub lilio Aureo, via ad Diuum Iacobum.

1540.

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA
Biblioteca Co

BIBLIOTECA COMUNALE DI ENNA

INTERPRES LECTORI SALVTEM

THEOPHYLACTVS ille, amice lector, tãetsi inter Græcos theologos recentior, & succinctę dictionis filo familiarior, neutiquam mea sentẽtia studiosis aspernandus fuerit, & non solum non aspernandus, sed & multis nominibus commendãdus. in arctum enim cogit, quæ multi fusim non sine legentium fastidio tradiderunt: & breuis quidẽ est, in pleriſq; tamen abunde satis Euangelistarum mentẽ explicat: quo manifeste videas ad hoc vnum spectasse eum, vt quam maxime prodesset. Ita familiaris est, ne sit fastidio: ita autem breuis, ne conqueri possis obscurum esse, id quod paucis datum. Ex multis authoribus apparet instar apiculę in mellificinã sui aluearij probatiores sententias conuexisse, in primis autem ex Chrysostomo tanquam ex aureo suo fonte, maxime aureas interpretationes hausisse, ita vt in huius cõpendio parũ desideres ad explananda Euangelia eorum, quæ ille sinuosis voluminibus protulerat. Quem & sequitur de libero arbitrio ac fide, & quibusdam aliis, & proinde in quibusdã interpretandis violentior quod dixerim, vt in hoc tuũ adhibeas iudiciũ, qui te solis canonicis scripturis addictum nosti, non vt totũ a lectione auocem, quorundã more, qui mox quũ vnũ & alterũ displicuerit dictum, toto libro abrenunciant. Quin potius vtilia ꝓpter næuos paruos ne reiiciamus. Sunt & in humilibus casis pe

nates. Audiuimus & balbos nonnunq̃ prudenter de quibuſdã diſſerẽtes. Ecce hic crebras paraphraſes multum lucis afferentes adiicit, pulchre connectit, quæ δι᾽ ὀλίγων διαφέρειν videtur. In allegoriis, etſi non vbiq; ſolidus, iucundus tamen eſt. Me ſane non admodum laboris pœnitet, quem in hunc librum paucis menſibus inſumpſi, ita volentibus amicis. Et quanuis cũ rhetorico modo non ornauerim, neq; hoc ſi vel maxime voluiſſem, permiſiſſẽt quotidianæ lectiones, conciones, vrgens typographus, & periculoſi noſtri dies: Operam tamen dedi, vt fideliter redderẽ quod communicandũ ſuſceperam, nihil minus agens quàm vt vel alienum vel meum quippiam admiſcerem. Vnde ſi bene dicit, illius laus eſt: ſin alicubi non ſatisfacit expectationi tuæ, vituperandus ego uon ſum, interpretem egi, nõ dogmaſticen. Meę inſipientiæ nugas potero ipſe propriis libris euulgare, ſi in rem ſtudioſorum facere mihi videbuntur. Horrui ſemper inepta mea dicta alieno & venerabili quopiam venditari nomine. Adegit tamen exemplar mutilum, vt vno in loco quædã infarcirem: deerat enim charta, De quo tamen (vt videbis) monui, ne quis vel ĩ hoc fidẽ meã accuſet, & nõ accuſabis, opinor, vtut ſermo durus ſit & inconcinus, qui nolui vt moraretur, quo minus prodiret Theophylactus Euangeliorum enarrator, antea ferme a noſtris ignoratus. Conſultius enim viſum illa quàm nulla dare, ſi forte vel ſic te huiuſmodi beneficiis demerear. Vale. Anno. M. D. XXIIII.

INSEQVENTES Theophylacti enarratiões in quatuor Euangelia.

INDEX.

A



Biathar & Marco dicitur, Abimelech liber regũ dicit. 116.D.
Abnegare seipsum. 134.D.
Abnegatio Petri quomodo se habet. 158.B.
Abominatio desolationis quid folio. 153.C.
Abraham pater gentium, & quare ab eo genealogiam exorditur Matthæus. 2.E.
Abrahæ filios suscitare ex lapidibus quid. 10.F.
Abraham iustus misericors & hospitalis fuit. 261.C. Et cur a diuite sit inuocatus, non Lazarus. Ibidem.
Abrahæ sinus. 262.A.
Abrahã gentilis fuit & idolorum cultor. 263.
Abraham Chaldæus, 342.A.
Abraham Isaac offerens quem præfigurauit. 389.E.
Adã vbi sepultus. 302.F. 162.F.
Adam eiectus, e regione paradisi collocatus, & quare. folio. 261.C.
Admonitionis sunt, quæ hic fiunt: quæ autem alibi, suppliciorum. 353.B.C.
Adolescentulus qui nudus profugit quis. 159.F.
Adorare deum quomodo oporteat. 344.D.E.
Aduentus Christi duo, & duo præcursores. 136.C.
Aduentus Christi duo, saluantis & iudicantis. 336.F.
Aduersarij si non essent, nõ essent coronæ. 205.A.
Aduersarij verbi cadent, folio. 209.E.F.
Aduersitatum solutio non statim petenda. 358.C.
Adulatoris mos, ad gratiam loqui. 439.E.
Ædificantes qui. 148.F.
Ælius Adrianus templum & ciuitatem Hierosolymorum funditus suffodit. 152.B.
Ætates hominis, tres. 11.F.
Affectiones Iudæorum duæ, inuidia & auaritia vno remedio curantur. 226.B.
Afflictio. 43.B.
Afflicti quomodo diligentur a patre cœlesti. 464.E.
Agnus dei, cur Christus dicatur. 323.F.
Aliena & insolita semper plus placent familiaribus, folio. 349.D.E.

Alius & alius de ꝑſona, aliud & aliud de natura dicuntur. 313.B.C.
Altaria apud nos in donis ſacrantur, ſed non in veteri lege ita fiebat. 81.B.
Ambire dignitates, gẽtium eſt. fol. 144.C.
Ambitio quam mala & tyrannica. 93.E.
Amen affirmatiua vox. 16.C.
Amicus de via veniens quis. folio. 222.B.
Amicorum communia omnia. folio. 236.F.
Amoris rabies quid valeat. folio. 126.E.
ἀνάστασις quære ἐξανάστασις, folio. 386.A.
Angeli miniſtri & præſides noſtri. fol. 61.D.
Angeli inhumanis & immiſericordibus indignantur, folio. 63.F.
Angeli & ſacerdotes cooperarij Chriſti. 411.E.
Angeli virtus quæ, & quare dicatur Angelus. 315.F.
Angelus. 148.F.
Anguſta porta. 23.A.
Animarum apparitiones falſæ, fol. 26.C.
Animam ſuam amare & inuenire perdere & odiſſe, folio. 93.A.250.B.
Animę mortuoru vbi. 26.C.
Aĩæ cibus, omne opus. 45.F.
Animæ veſtis, & vxor caro: pueri, opera. 63.C.145.F.
Animæ virtutes tres, quibus diligere Deum oportet folio. 78.D.150.F.
Aĩę curatio difficilior q̃ corporis, fol. 114.D.192.B.
Animã Chriſtus ſanans, virtutem quoq; infundit. 114.D.E.
Anima conculcata quid ſit, folio. 119.F.
Animæ virtutes omnes charitati offerendæ. 151.A.
Aĩæ & ſpũs diſcrimẽ. 174.E.
Animæ rationalis bona quænam. 232.A.
Animarum vtilitas Chriſto curæ erat. 245.F.
Anima quid. 345.A.
Animalis quis. 247.C.
Animalis homo. 368.B.
Antichriſtus deſolationis abominatio dicitur. 84.C.
Antichriſti tempore multi erunt pſeudoprophetæ, a quibus iuſti ſeducentur. 85.A.
Antichriſti tempora quomodo erunt, & eius impoſtura iniquitates multiplicabit, & charitatem turbabit, folio. 84.A.
Antichriſtus peccati & omnis malitiæ ſentina. 267.E.
Antichriſti tempore homines erunt voluptuoſi, diſſoluti & delitiis vacantes. 267.F.
Antichriſti tempore (vt nunc) quid quærendum & faciendum ſit, 268.A.
Antichriſtus qualis, & qui notatur. 84.D,